

Froff. in Papstkaloges des Chron. Vulturense.

Simplicius Italicus an. XV d. VII, sepultus ad sanctum Petrum.

Sede constituit Romae XXVII presbyteros cardinales. Indict. X.

Felix Romanus an. VIII mens. XI d. XVIII, sepultus ad sanctum Paulum.

Sede constituit, ut praebendae ecclesiarum congrua ratione distribuantur et nec scriptura nec testes..... absque omni dubio consecrentur et sacrificia non offerri nisi in locis sacratis. Indict. X.

Gelasius Afer an. IV mens. VIII d. IX, sepultus ad sanctum Petrum.

Ille declaravit, quod..... debeant in ecclesia recipi et non contemni, et consecrationes virginum non nisi in diebus epiphaniae, albis, pascha et nataliciis apostolorum celebrari, presbyterorum et diaconorum in IV temporibus, et quicumque clericus episcopum vel presbyterum vel diaconum viderit excedere, mox auribus Romani pontificis insinuet. Indict. II.

Anastasius Romanus an. II mens. XI d. XXIV, sepultus ad s. Petrum.

Sede constituit, ut quicumque minister pro aedificatione fidelium officii sui impleat ministerium nec cuiusvis invidiae causa haec praetermittat. Theodoricus rex Romanam intravit. Ind. VI.

Symmachus Sardus an. XV mens. VII d. XXVII, sepultus ad s. Petrum.

Sede constituit, ut, si quis papa superstite ad Romanum pontificatum favorem vel praemium alicui prestare conuincitur, loci sui honore privetur, et nullus per ambitum accedere permittatur. Indict. IX.